Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Libri historiarum quatuor [Rerum Romanarum epitoma] a [Joanne] Cuspiniano castigati cum ind

Florus, Lucius Annaeus

Vienne, 1511

Bellvm cvm sexto Pompeio. Ti. VIII

urn:nbn:de:bsz:31-270805

Visual Library

A Lterum bellū concitauit agrorū diuiſio : quos Cæſar ueteranis ī caſtris ꝑcium militiæ pſoluebat. ſemper aliter Antonii peſſimū ingenium gladio cincta uirilis militiæ uxor agitabat : Ergo depulſos agris colonos incitādo iterū in arma ierat. Hic uero iam nō priuatis: ſed totius ſenatus ſuffragiis iudicatū hoſtem Cæſar aggreſſus intra Peruſiæ muros redegit : compulitq; ad extrema deditōis turpi & nihil non experta fame.

BELLVM CVM SEXTO POMPEIO. TI. VIII.

S Vblatis percuſſoribus Cæſaris ſuperat Pompei domus: alter iuuenū in Hiſpania occiderat : alter fuga euaſerat. cōtractiſq; īfœlicis belli reliquiis. cū inſup ergaſtula armaſſet: Siciliā Sardiniamq; habebat. iā & claſſe mediū mare inſederat. O q̄ diuerſus a patre: ille Cilicas extinxerat. hic ſecum Pyratas nauales agitarat. Tanta mole belli penitus in Siculo freto iuuenis oppreſſus eſt. Magniq; famam ducis ad inferos ſecū tuliſſet ſi nihil tentaſſet ulterius nihil niſi q; magne indolis ſignum eſt ſperare ſemper. Perditis enim rebus ꝓfugit/Aſiāq; uelis petit uenturus ibi in manus hoſtiū:& cathenas & q; miſerrimū eſt fortibus uiris:ad hoſtium arbitrium ſub ꝑcuſſore moriturus. Nō alia poſt Xerxem miſerabilior fuga qppe modo trecentaꝝ quinq̄ginta nauiū dominus. cū ſex ſeptēue fugiebat/extīcto ꝑtorie nauis lumine:ānulis in mare obiectis pauens atq; reſpectās. & tamen nō timens ne periret.

BELLVM PARTHICVM DVce Ventidio. Titulus. VIIII.

Q Vamuis ī Caſsio & Bruto partes ſuſtuliſſet/in Pōpeio totum partiū nomē aboleſſet/nōdum tamē ad pacis ſtabilitatē ꝓfecerat Cæſar. cū ſcopulus & nodus & ī ora publicæ ſecuritatis ſupeſſet Antonius:nec ille defuit ultiis quin periret. Imo oīa exptus ambitu & luxuria primū hoſtes: deinde ciues. tandē etiā terræ ſæculū liberauit. Parthi clade Craſsiana altius aīos erexerāt/ciuileſq; P.R. diſcordias læti ac